

Passio christi

Volens quod aduersum nos erat circographum tectum glo. Peccatum. Sic quod
diabolus quasi cautozem mortis eterne tenebat aduersum nos. et tulit de me
dio affigens illud cruci. Nos pmetramus et biberamus in taberna diaboli
et non poteramus solueri. sed ipse pignus posuit pro nobis sacrum plenum the-
sauro precioso corpus suum. ps. Que non rapui tunc exolvebas. Job. xvij. Si
me queritis finite hos abire. quasi diceret. Offero me sicut insolem et obidem
p illis liberandis. Item nos furum feceramus et ipse p nobis e suspensus in
ligno crucis. i. Petri. i. Peccata nostra ipse protulit in corpore suo super lignum. in
super somarium. Dicitur et quod portavit onera peccatorum nostrorum. sed non sufficit ma-
nili adhuc onerent eum peccatis. addendo onus super onus. et adhuc portent ab
eo. Sic solet dici de homine. Oportet eum multum reportare quoniam importabile est
videtur mihi quod semper portet eum in humeris meis. Sic dicit dominus de his qui sunt in
voluntate peccandi. ysa. i. Laboravi sustinens. Vos estis onus meum. Miere.
vi. Projicite vos a facie mea exponendo vos scilicet tribulationibus vel in pec-
catis dimittendo. Sic solet homo peccare onus quod portat ex tedio. Secundus ef-
fectus passionis est quod a potestate diaboli nos liberavit. Sicut mulier videtur
filium suum cecidisse in igne. et dicit eum. nec curat si vestis eius comburat. Sic
tenens videns populum suum in igne inferni quotidie cetero non curans de crema-
tione vestis. i. corporis sui. et ascendit in mundum ut eum eriperet. Apollus. Col. i.
Eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit nos in regnum filii dilectionis
sue. i. dilecti filij. Augustinus. Solus emit ut solus possideret. Quia nullus
debet habere ius in nobis nisi ipse. Item. Iustus sibi vendicat vitam meam quam
p mea posuit suam. Tertius effectus est vulnerum sanatio. ysa. lvi. Livoze eius sa-
nati sumus. i. sanguinis effusione. p livoze iudeorum. vel livoze. i. dilectione. Fi-
delis medicus iste qui mortiferam potestatem bibit p infirmo suo. Et sanatus est eger
id est mundus. Cum accepisset acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato ca-
pite tradidit spiritum. Item iudam medicus et sanatus est eger. i. mundus. Factus
est sudor eius et sanguis gutte sanguinis decurrentis in terra. Lu. xxi. de modo egri
et tunc mortuus est medicus et sanatus est mundus ipse de sanguine suo et tribu-
lationibus suis fecit nobis emplastrum ad sananda vulnera peccatorum. Ecl. xi.
xvi. Altissimus de terra scilicet corporis sui creavit medicinam et virustus non ab-
horrebit eam. Quartus est nostri amoris accensio. Non est lignum ita frigidum
et aquosum quod non succendat si ponat in fornace vel cubano. nec cor aliquod
ita tepidum et frigidum quod si ponat in fornace amoris eius quod incusat quantum in
passione nos amavit quod non accendat ad amandum teum. Bernardus Sup-
oia reddit te amabilem bone iesu. calix passionis quem bibisti opus receptio-
nis. Quintus est pacis reformatio. Col. i. Pacificans p sanguine crucis eius
sive que in celis sive que in terra sunt. ysa. lvi. Disciplina pacis nostre super
eum. Unde discipulis post resurrectionem importavit pacem dicens. Pax vobis.
Et post ostendit eis pedes et latera. quasi diceret. Tantum constat me par ve-
stra etiam care eum. de cetero non rumpatis eam. Secretus ad bonum fa-
ciendum provocatio. Nihil ita movet boves ad laborem sicut memoria passionis